

diffinitores ceterique omnes capitulariter congregati. Non sine praegnanti ratione ac terrarum nostrarum gravi necessitate effluxis paene quatuor annis pro revocatione conventus Pirnensis vestri ordinis provinciae Saxoniae ab eiusdem initiali erectione annexi in ducatu nostro situati, qui olim per generale capitulum callidis appodiamentis futisque quorundam narrationibus capitulari edicto provinciae Bohemiae fuerat incorporatus, nos vero eandem separationem translationemque animadvertimus perpendiculariter rimando, quae finaliter cedere posset ordini vestro conventuique praesignato necnon dominio nostro in satis magnam iacturam, molestiis insultibus periculosisque perturbationibus pensatis tunc apud generalem vestri ordinis magistrum instetimus. In qua re nobis in complacentiam singularem sua paternitas condescendit, huiusmodi incorporationem, quae non solum conventui sed et nobis plurimum molesta fuit, revocavit atque praedictum conventum ex nostris instantiis sub immediata provincialis Saxoniae cura tamquam suo vero legitimo praelato iterum collocavit. Fecit profecto sua r. p. in hoc non solum nobis rem gratam sed utilem et necessariam. Sed ne de huiusmodi revocatione non inconsulte facta in posterum aliqua possit fieri cavillatio neque per sinistram susurrectionem revocari, hortamur attenteque supplicamus, vestrae paternitates velint id efficere, ut huiusmodi revocatio, cuius tenorem inclusa cedula v. p. plane conspiciet, in generali capitulo proxime celebraturo confirmetur, et si quid in contrarium sollicitatum fuerit, in illud non consentire, evacuationi privationique saepedicti loci indubie sequendam advertere ordinis vestri et fratrum confusionem, maculam ac contumeliam evitare velitis sicque ab ulteriori antefati conventus translatione sistere ac pedem figere studeatis, quo magis huiusmodi revocatio in suo robore permaneat. In qua re v. r. p. nobis gratam exhibebunt voluntatem, pro quibus etiam ad paria et maiora vicissitudinis officia vestro ordini et fratribus asstringimur favore. Datum in arce nostra Dresden die vicesima tertia mensis Martii anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo nostro sub secreto.

Reverendis in Christo patribus magistris sacrae paginae professoribus Joachyno generali magistro ac provincialibus ceterisque diffinitoribus ordinis praedicatorum Viterbii capitulariter in domino congregatis devotis nostris oratoribus ꝛc.

Nach einer gleichzeitigen, aber fehlerhaften Abschrift in Acten des K. Haupt-Staatsarchivs zu Dresden.

#### No. 208. 1498. 30. Mai.

*Bürgermeister und Rathmannen bekennen, dass der andächtige Vater Dominicus Rudel Prior zu Pirna und die Kirchenwäter das dem Kloster und der Pfarrkirche durch letztwillige Verfügung Nickel Tribel's seel. zugewendete Haus vor einem sitzenden Rathe an Lucas Schippichen für sechzehntelb Schock Groschen verkauft haben. Actum feria III<sup>a</sup> ante Penthecosten.*

Schöffenbuch III fol. 86<sup>b</sup> im Archiv des K. Bezirksgerichts zu Pirna.

#### No. 209. 1498. 12. Aug.

*Sonntag nach Laurentii nach Christi Geburt der mindern Zahl im 98. Jahre haben auf schriftlichen Befehl des Herzogs Georg der Ritter Gotze vom Ende d. Z. Landvogt zu Pirna und der Rath daselbst Verhör und gütliche Verhandlung gepflogen in der Streitsache zwischen dem geistlichen Vater Dominicus Rudel Prior von seines Klosters wegen und Ursula Caspar Reibtopps nachgelassener Wittve eines angeblichen Testaments des letztern haben, welches die Wittve nicht anerkannt hat und um deswillen excommunicirt worden ist. Vnnd dieweil der — vatter prior furgeben, das Caspar Reibtopp seliger bei gesundheit seines leibs vor im vnnd der würdigen*